Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere. domine sancte pater omnipotens æterne deus. Quia per incarnati uerbi mysterium noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit. ut dum uisibiliter deum cognoscimus. per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia cælestis exercitus ymnum gloriæ tuæ canimus sine fine dicentes. Sanctus

Infra actionem. Communicantes et noctem uel diem sacratissimam celebrantes qua beata maria intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam ueneramtes eiusdem gloriosæ semper uirginis mariæ genitricis dei et domini nostri ihu xpi. Sed ⁊ beatorum apl'orum ac martyrum tuorum. Petri. ⁊ c.